



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 21. De Offertor. vsq[ue] ad Præfat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

CAPVT XXI.

DE OFFERTORIO VS-  
que ad Prefationem.

**I**N Offertorio Sacerdos Deo offert, quod præ manibus habet, panem scilicet & vinum, vt post paulò Deus eadē meliorata reddat: & sanè ita meliorata reddet, vt pro tenui illa oblatione, sacratissimū corpus & pretiosissimum Redemptoris nostri sanguinem redditurus sit. Vide ecquæ hæc sit mutatio & melioratio: & sanè quidquid à nobis Deus recipit, recipit vt ipsum nobis reddat melioratum. Sacerdos ergo qui

R Mis-

Missam celebrat, & qui eam audit, simul cum illo pane & vino, quod in altari offertur, offerat Deo quod habet. Nihil porrò habeo magis meum, quàm me ipsum, nihilquè magis à me Deus postulat, quàm me ipsum. Deinde in corde meo dicam, simul cum hoc pane & vino, Domine, tibi offero quàm libentissimè memoriam meam, intellectum, voluntatem, oculos, aures, linguam, cogitationes, verba, & opera, vt hæc omnia in melius commutes; & non secus ac panem & vinum, quæ tibi in altari offeruntur, in sacratissimum corpus & sanguinem Christi filij tui cõuertis, sic obsecro, intellectũ meum in intel-

THESAURVS MISSAE. 195  
lectum Christi conuerte vt cogitē quæ ipse cogitat; voluntatem meā in Christi, vt nō aliud velim quā ipse velit; oculos, aures, linguā in Christi, vt videā, audiā, & loquar vt ipse; & iam nō viuam ipse in me, sed Christus in me: ipse per oculos meos videat, per linguā meam loquatur, per aures meas audiat, manibus meis tēgat, voluntate mea velit, intellectu meo cogitet, atq; ita totus ero ipsius, & sic in melius cōmutatus. Videat Sacerdos, cū dicit: *Lauabo inter innocentes manus meas*, quā multa audeat dicere, & vt verè ea dicat, nihil vt in corde ipsius sit, quantum fieri potuerit, ipsam

R 2 repre-

196 SPIRITVALIS  
reprehendat, & quod veræ in-  
nocentiæ, puritati, vitæq; san-  
ctitati, qua coram Deo ac Do-  
mino comparare par est, aduer-  
setur.

CAPVT XXII.

A PRAEFATIONE AD  
*vsque Consecrationem.*

**Q**Vanto profūdiùs in Mis-  
sæ arcana descendit Sa-  
cerdos, etiam Deo in ter-  
ram è cælis deuocando, eumq;  
în manibus suis ponendo fit vi-  
cinior, eo maiori cum attentio-  
ne, timore, reuerentia, & amore  
se gerat, oportet. Attendat ita-  
que quàm diligentissimè ad ea  
quæ